

Rector Et Senatus Universitatis Rostochiensis Civibus suis S.

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734810474>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1641.

1) Nicol. Schütze

2) " " "

3) Johann Lotmann

4) Johann Quistorp

5) Progr. contra Schmitticam

5.
RECTOR
ET SENATUS
UNIVERSI-
TATIS ROSTO-
CHIENSIS

Civibus suis S.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLI,



Julianum Apostatam singulari mandato præcepisse legitur, *Ne Christiani Scholas, in quibus pietas & morum honestas inculcaretur aperiant.* Hodie Juliano hanc dissimiles sunt, qui *Universitates & Academias dissolutiori vita ita reddunt parentibus ac tutoribus exosas, ut quò tandem filios suos mitant jure ambigant.* Vident enim sæpenumero liberos, quos tantis sumptibus in *Academijis aluerunt, nequiores & nonnunquam indoctiores domum redire.* Ut ergò *Universitas nostra publicè testaretur sibi nullo modo probari ejusmodi vitam impiam, hæctenus tot affixis programmatibus Civēs suos ad pietatem & morum elegantiam, ac bonarū literarum studium sedulo adhortata fuit.* Imprimis à Diabolico illo vitio, Schoristicam quod vocant, *Civēs Academicos, ad diti dignis pænis dehortata est.* Et ne quis Ignorantiam aliquam prætexat placuit Reverendo Concilio illud programma, quod *Dominica Rogationum Anno 1639. affixum fuit repetere.* Omnino enim *decrevit illud executioni dare, & in delinquentem exemplum aliquod, alijs quod ex usu sit statuere.* Caveat ergò sibi quis quis contra illud deliquerit. Hæc optimo, imo paterno animo dicuntur. Si verò hic vel alius id susq; deq; habuerit, & in ipso factò programme hoc prohibito deprehensus fuerit, in se animadversum iri pænis programme constitutis sentiet, Sapiens est promethæus. At serò sapit Epimethæus. Verba allegati programmat̃is hæc sunt, quæ pagina sequente leguntur.

Uim jam per aliquot annos intellectum, & experientia deprehensū sit, non sine summo pietatem, honestatem, & recta studia amantium virorum dolore, quanta labe, imo quanta pestis, cum in alias Germaniæ Academies, tum in hanc nostram quoq; à primò & summo generis humani, imò omnis pietatis & honestatis, ac studiosæ juventutis hoste, per socios pravitatis invecta sit: jure putavimus ad curam & officium nostrum pertinere, ut nascenti malo, cum lenia remedia hæcenus non suffecerint, jam auctori efficaciora quærere, & inventa applicare possemus. Proinde Anno 1637. 14. Maji contra Schoristicam & actiones, ut vocant, Pennalisticas affixum Programma, in omnibus suis sententiis & clausulis omnino repetitum volumus, & ne quenquam ignorantia excuset, huic Programmati illud inserendum duximus. Verba ejusdem ita habent.

Arbitrati fuëramus fore, ut tandem schoristicæ & pen-
nalisticæ actiones, divexationes, depilationes ex Scho-
la nostra facerent; quum non saltem horum autori-
bus, qui jurati nobis obedientiam promiserunt, sæpe,
serioq; ut ab iis abstinerent, imperaverimus, & pœnis,
quas illorum facta merentur, affecerimus: sed & Deus
ita cœlitus in nos detonet, bellicis deprædationibus, di-
reptionibus, devastationibus, ut quisq; cui vel mica pie-
tatis reliqua est, sibi ipsi modestiam, & ab his nequant
factis abtinentiam imperare debeat: ne, dum ipse alios
divexat, & in eorundem crumenas involat, sibi, suis, pa-

erix, consimilem pœnam attrahat: Arbitrati, ut diximus, fueramus, hæc & hujus generis alia, adeo validos esse debere, ad pœnalisticas actiones, & deprædationes expugnandos arietes, ut super iis tollendis nobis amplius non esset laborandum. Verum ea est quorundam protervia, & improbitas, ut contempto Magistratu, & quo ipsi sunt obstricti juramento, spretis comminationibus & pœnis, iusq; deq; habitâ divini numinis irâ, his se affines faciant facinoribus, dedecore plenis. His itaq; denuo significamus.

Si quem porro Schoristicam exercere deprehendimus PRIMÒ, ejus, eorumvè nomina perscribemus ad Magistratus illorum locorum, in quibus nati sunt, ad eorundem parentes, tutores, agnatos, patronos, & monebimus, ut hæc carcinomata domum ad se avocent, ne sana corporis nostri membra inficiant. SECUNDÒ, si illos, ad quos scribimus, moras in avocando nectere intellexerimus, eos, more in Academiis usitato, exesse jubebimus. TERTIÒ, si Professor, aliudvè Academiae membrum quemquam in suo convictu esse intellexerit, qui se pœnalisticæ & schoristicæ nequitix socium fecit, eum ædibus suis ejiciet, in convictu porro non patietur, præsidis in disputationibus quâ publicis, quâ privatis, officia denegabit. QUARTÒ, nulla sibi hac in Universitate nostra, à quacunq; facultate, vitæ & eruditionis testimonia, honores, honorumvè titulos impetraturum sciat.

Hæc sunt, quæ hac vice significanda esse duximus. Bonis, qui Deum & Magistratum suum reverentur, quibus

bus juramenti religio sacro sancta est, qui ad studia virtutis & literarum serio ac sedulo incumbunt, hæc non sunt dicta. Improbis hæc ita proposita volumus, ut vel redeant in vitam, vel quæ comminati sumus, expectent. In bivio constitutis, ne se in consortium pravorum detrahi sinant, nec iisdem se cum illis pœnis, iræque diviniæ involvant. Omnes paterna nostra monita ad animum admissuros speramus: secus qui fecerit, Deum & Magistratum vindicem habebit.

Hactenus prioris, divexationibus Schoristicis & actionibus Pennalisticis oppositi Programmaticis verba fuerunt, additis pœnis Academicis illis omnibus denuntiatis, qui actiones eas prohibitas quocunq; modo exercere deprehenderentur. Verum ut ingeniosa est nequitia, ita facile rimam invenit, qua elabi se posse, fraudem legi facere, & impunitatem sibi promittere speraret, eo, quod schoristica & pennalistica actiones, illo in programme merito damnatæ essent, Societatum verò & Conventuum nationalium, qui actionum harum anima & spiritus sunt, nulla facta esset mentio. Posse igitur hoc pacto actiones illas illaudatas quasi fomento conservari. Cum ergò manifestior sit, harum Societatum & Nationum indoles, restatiorq; ex actis quotidianis, quam ut negari possit, ne quid amplius ad excusationem prætendant, hoc Statuto nostro Juramenti Studiorum formulæ conjungendo ordinamus, & civibus nostris, Academicæ jurisdictioni subjectis denuntiamus.

PRIMO, ut quicunq; nomina sua, quocunq; modo

A 3

professi

professi sunt apud Seniores & Fiscales (ut vocantur.)
quarumcunque Societatum & Nationum fuerint, iis
nuntium remittant, nihil deinceps commercii Socialis
cum iis habeant, neque ullo modo Socialibus con-
venticulis intersint.

SECUNDÒ. Fiscales & Seniores illos monemus, ut
non solū titulis abstineant, factionem respicientibus, sed
rem quoque ipsam & munus vitiosum deponant, nemi-
nem Societati & Nationi, ut nomen apud se profiteatur,
invitent, vel per emissarios invitari curent, multo mi-
nus recipiant oblatum, & in catalogum referant: à nemi-
ne pecuniam quocunque modo aut nomine postulent:
neminem ad servitia quæcunque sibi præstanda, vel ad
convocandos Socios, vel ad Philothecas circumferen-
das, vel ad citationes exequiales, vel ad quæcunque alia
cogant, nemini certum tempus, quo illum Pennalem,
ut nominant, esse oporteat definiant, nec à Pennali-
smo absolvant, qui jam ante consuetis Academiae riti-
bus in numerum Studiosorum receptus est, neminem
compotando & contumeliosè tractando lædant, nec
calcaribus pungant, colaphos infringant, crines igno-
miniosè tondeant, cerevisiam sæculentam sebo aut li-
gulis aliisq; sordibus repletam, bibere cogant, & ab aliis
quæ recensere non tam supervacaneum, quàm inhone-
stum arbitramur, abstineant; cum in homines liberos
& eorum bona nihil juris habeant, neque ullo juris vel
auctoritatis prætextu quenquam sibi ullo modo subje-
ctum punire, mulctare, aut castigare possint, nisi per fla-
gitiosam

gitiosam & inexcusabilem inobedientiam, petulantiam
Studiofo indignam, & juramenti Academiae praestiti ne-
glectum, contemptumque, qui *perjurii* nomen meretur.
Igitur si quis adversus haec Edicta nostra Schoristicae &
actionibus Pennalisticis, ut & Conventuum Nationa-
lium actionibus illaudatis, depilationes & scurilitates
Pennalisticas, promoventibus opposita fecerit, atque
hoc pacto conscientiam suam laedere, eique plagam gra-
vissimam & insanabilem incutere non dubitaverit, Sciat
fore ut Magistratus legitimi oculus vigilet, convenienti
severitate suum officium exequatur & Academicis pœ-
nis delinquentes afficiat. Et ne hic latibulum quærant
Schoristæ, Pennalium vexatores, Nationalium conven-
ticulorum Socii, hæcenus usurpatum, ut exclusi ab hac
Academia, in aliam sibi patere accessum arbidrentur, pla-
cuit jam plerisque Germaniæ Academiis communi hoc
malo, commune addere remedium. Qui itaque Schori-
cam exercere, & Pennalisticas actiones instituere depre-
hensus & convictus fuerit, tum & actiones illas antea re-
censitas in Conventibus Nationalibus, vel ipse exercue-
rit, vel promoverit, illum non solum à loco delicti, sed
& simul à cæteris Academiis Sociis, quibus relegati actio-
nes significabuntur, relegatū iri. Neque dubitamus quin
Illustrissimus, Reverendissimus Celsissimusque Princeps
ac Dominus DN. ADOLPHUS FRIDERICUS,
Dux Megapolitatus, Administrator Episcopæ Sverinen-
sis, Princeps vetustæ gentis Henetæ, terrarum Rostochii
& Stargardiæ Dynasta, Academia nostræ Cancellarius
Magni-

Magnificentissimus. Et Amplissimus ac Prudentissimus
hujus Urbis SENATUS, Academiae nostrae Patroni, fa-
cturi sint, quod Serenissimum Dn. Electorem Branden-
burgicum, in sua Academia Francofurtana ad Viadrum,
& Illustriss. Celsissimumque Principem ac Dominum,
Dn. GEORGIUM, Hassiae Landgravium, in Academia
Marpurgensi jam fecisse, publice propositis Edictis ipsi
contestati sunt. Quodque alios Magistratus superiores
facturos confidimus. Quin arbitramur, si quaedam Car-
cinomata, Epicuri de grege porci, fruges consumere na-
ti, nomen Studiosorum mentientes, hanc optimam Aca-
demiaram plerarumque in Germania intentionem san-
cte servandam, occultis suis machinis impedire, & ali-
qua ratione Diabolica arte infringere tentarent, tum
Deum justissimum, vivorum & mortuorum futurum
judicem, laesam sui nominis Majestatem, Quarto Deca-
logi praeccepto expressam, minimè inultam & impuni-
tam dimissurum, sed reos secularibus in hac vita poenis,
mortuos verò suppliciis aeternis mactaturum. Nemini
haec imprecamur, modo ne ipse in haec se furiosè praeci-
piter.

Publicatum sub Sigillo Universitatis, Dominica
Rogationum Anno 1639. Et nunc denuo ne quis igno-
rantiam praetendat repetitum, & publice sub sigillo Aca-
demiae propositum 29. Aug. Anno 1641.

bus juramenti religio sacro sancta e
tutis & literarum serio ac sedulo i
sunt dicta. Improbis hæc ita prop
redeant in vitam, vel quæ commin
In bivio constitutis, ne se in conse
trahi sinant, nec iisdem se cum illi
næ involvant. Omnes paterna nostr
admissuros speramus: secus qui fec
stratum vindicem habebit.

Hactenus prioris, divexationibus
nibus Pennalisticis oppositi Prog
runt, additis pœnis Academicis i
tatis, qui actiones eas prohibitas q
cere deprehenderentur. Verum u
tia, ita facile rimam invenit, qua e
legi facere, & impunitatem sibi pro
quod schoristica & pennalistica a
grammate merito damnatæ essent
Conventuum nationalium, qui act
& spiritus sunt, nulla facta esset m
hoc pacto actiones illas illaudatas
servari. Cum ergo manifestior sit, l
Nationum indoles, restatiorq; e
quam ut negari possit, ne quid a
nem prætendant, hoc Statuto n
diosorum formulæ conjungendo c
nostris, Academicæ jurisdictioni su
PRIMO, ut quicumq; nomina su

A 3

studia vir
t, hæc non
nus, ut vel
expectent.
vorum de
æque divi
d animum
n & Magi
is & actio
verba fue
us denun
modo exer
est nequi
e, fraudem
eraret, eo,
llo in pro
um vero &
rum anima
osse igitur
nento con
cieratum &
notidianis,
excusatio
menti Stu
, & civibus
nuntiamus.
que modo
professi

